



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangelio Dominica: De bono Pastore. Ioan. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

vires diuinæ maiestati gratificandi desideria? Spes & desiderium cœlestis gloriæ, zelus eximiæ perfectionis sectandæ.

Dominica II. post Pascha.

2. Hebdom.
post
Pascha.

De bono Pastore. Ioan. 10.

I. **E**Xpende, quàm perfectè Christus omnes partes boni pastoris non solum verbo docuerit, sed opere ipso expleuerit, quæ in his tribus consistunt 1. Ut multos labores & ærumnas propter gregem patienter subeat. 2. Ut fortiter cum periculo vitæ eum contra incursum luporum ac ferarum defendat. 3. Ut pascat verbo, exemplo, conuenienti alimento. Has partes exemplo Christi explere satagat, qui quis aliorum curam suscipere non recusat.

I. Quantos labores vtrò in se suscipit bonus pastor, quærens à primo ingressu in mundum ouiculam perditam, id est, genus humanum, donec in Caluarix monte reperiret! quanto maiores quàm Iacob, qui de se ait: *dis nocturnis astra urgebar & gelu, fugiebatq;* Gen. 32.

batq;

Isa. 53.

Heb. 4.

Isa. 40.

batq; somnus ab oculis meis! quam merito ided eum vocat Isaias virum dolorum, scientē infirmitatem. Et D. Paulus, Pontificem, qui possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia! Quam verè compleuit illud eiusdem Iaiæ vaticinium: *Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, foetus ipse portabit?* Quàm paternè id præstitit non solum erga omnes, sed etiam erga singulos, & te tam ingratum præstat, tot tua peccata, defectus, negligentias plusquàm maternà indulgentia tolerando? Gratitude, amor, zelus imitandi.

1. Reg. 17.

II. Quàm amanter & fortiter animam suam pro ouibus posuit, non solum eas è faucibus luporum & vrforum infernalium eripiendo, instar Davidis, sed seipsum deuorandum & mactandum offerendo; & quidem pro errantibus ouiculis, refractarijs, ingratis; non autem instar mercenarij fugiendo, cum ad mortem quæreretur, sed potius obuiam ijs procedendo.

Nec id solum præstitit semel pro omnibus moriendo, sed etiam in singulos è dentibus peccati, mortis & diaboli eruere est paratus, merita sua
illis

illis efficaciter applicando. Gratitude, amor, zelus ardua pro Christo, & animabus vicissim patiendi.

III. Quantâ demum curâ ouiculas errantes quæsiuit, inuentas paut, & fouit, & nunc insuper quærit, pascit, fouetque intimè eas amando, exemplo ijs præeundo, ad pascua vberrima eas educendo, verbo vitæ & pane Angelorum nutriendo, maiorem cuiusq; profectum in sanctitate & gratia li- tiendo?

Quanta gratia sic à Christo quæri, inueniri, pasci, foueri? quanti meriti est simile charitatis obsequium ouiculis eiusdem exhiberi? Affectus ijdem renouandi.

De beneficio aeternæ predestinationis.

II.

I. **D**Eus in se beatissimus, infinitè potens, sapiens, bonus, iustus, & misericors in certo ac definito numero certos quosdam (inter quos & te esse speras) peculiariter ab æterno, præ tam multis alijs æternùm perituris, dilexit, per præuisa Filij sui incarnandi merita in consortes beatitudinis suæ præelegit, atque ad certos gloriæ gradus, correspondentes gloriæ gradibus gratiæ in tempore acquirendis
præ-